


Ps.
112.



L Au-da-te, pu-e-ri, Do-mi-num, *



lau-da-te no-men Do-mi-ni. 7 ton.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásus, * laudábile nomen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, * et super cœlos glória ejus.


Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília respicit in cœlo et in terrâ?

Súscitans à terrâ inopem, * et de stércore érigens páuperem.


Ut collócet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.

Glória Patri, &c.




Sit no-men Do-mi-ni be-ne-dic-



tum in sæ-cu-la. 7. Nos qui vi-vi-mus. 8.

Ps.
113.



I N ex-i-tu Is-ra-ël de Æ-gyp-to, *